

orig. St. Gallen 681

vgl. Mönchmeyer u. I. S. N.

p. 6 Forte fuerit aliquis. quo tempore Martinus papa floruerit. Inuenitur autem in uonico Bede presbyteri floruisse temporibus Constantini filii Constantini. qui deceptus est a Paulo. qui exposuit typum aduersus catholicam fidem. nec unum nec duas voluntates aut operationes in Christo diffinire esse confitendas. quasi nihil uelle vel operari credendus sit Christus. Unde Martinus papa congregata Romae synodo. c. u. episcoporum dampnavit sub anathemate. praefatos. Cyrillum. Sergium. Pirrum et Paulum hereticos. componens et istum libellum aduersus quemdam AMALARIUM falsum doctorem. Et post haec missus ab imperatore THEODORUS exarchus. tulit MARTINUM PAPAM de ecclesia constantiniana perduxitque Constantinopolim. Qui post haec relegatus cessionam. ibidem vitam finivit. multis in eodem loco uirtutum signis usque hodie refulgens. Facta est autem synodus praefata anno nono imperii Constantini. mense Octobrio. indictione octava. Constantinus autem post plurimas et inauditas depredationes provinciarum factas. occisus in balneo. perijt. indictione ^{una} XII.

a. 44. in prior. capitulo

11. XII. A.D. 654

INUECTIO CANONICA MARTINI PAPAE IN AMALARIUM OFFICIOGRAPHUM.

(7) Discipuli ueritatis interrogauerunt dominum. ipsam uidelicet incommutabilem ueritatem. dicentes per unum. Dne si pauci sunt qui saluantur...